

inanis, quæ cum apparentiam corporum exhibeant, nihil tamen solidi habent, sed inanes & vacua sunt. Simum quid etiam habet vox *simulacri*. Semper enim ubi novi Testamenti textus Gracius habet *idem*, Latinus Interpres reddit *simulacra*, ut Act. 7. V. 41. & 15. V. 20. & 29. Item 17. V. 23. Et Pauli Apostoli i. Cor. 12. V. 2. & Colof. 3. V. 5. Item 1. Theff. 1. V. 9. Item 1. Joann. 5. V. 20. Et Apoc. 9. V. 20. Quinetiam differat etiam Paulus i. Cor. 8. *Scimus quia nihil est idolum in mundo*. Nam etiæ sit aliquod secundum materiam, nihil tamen est formaliter, cum id repræsentet quod nihil est. Ipsa vero simulacra potius a voce simulandi, quam a similitudine deducuntur.

3. Vocabulum vero Hebraicum (*כְּבָשׂ*) & quod Latine idem exprimit *sculptile*, indiferentem habet sive in bonum sive in malum significacionem; neque absolute in Decalogo prohibetur, sed tantum reflective & secundum quod: (*כְּבָשׂ*) enim quod est *sculpere*, & inde dictum (*כְּבָשׂ*) *sculpi*, non vetantur Angeli juvenes, alati, formosi, in agili quasi motu, nudisque pedibus, ad significantum eos viribus esse vegetos, celestis moveri, gratias & virtutibus esse præditos. Atque hoc modo similitudo imperfecta inter Deum & hominem intercedit, qualis potest oculis nostris repræsentari. Nec modo Deus & Angeli, sed ipsæ quoque virtutes, quæ mera sunt accidentia, sub humana figura affinguntur. Quinetiam in sacris Scripturis, ac presertim in Apocalypsi Christus sub figura Agni repræsentatur & apparuit. Atque in hac ipsa Synodo VII. actio. 2. legitur Adriani Papæ ad Taracum epistola approbans Christi Salvatoris imaginem sub Agni forma. Quæ eadem approbatum repertum in actionibus 4. & 6. Spiritus quoque sanctus apparuisse legitur Matth. 3. sub effigie Columbae: & Actuum Apost. 2. Spiritus sanctus discipulis se visibiliter manifestavit tamquam ignis. Eademque VII. Synodus act. 5. approbat eundem divinum Spiritum depingi sub specie columbae.

6. Jam vero de Imaginum cultu seu veneratione præsupponendum, eam esse relationem ac ordinem imaginis ad exemplar, ut delata imagini sive veneratione, sive contumelia, sive ratione qua imago est, ad ipsum exemplar redendet. Itaque civilis aliquis imaginis Regis debetur honor, quia persona ipsi Regis civilis cultus, unde & illud concluditur, religiosum honorem imaginis convenire, cuius exemplari religiosus debetur cultus. Narrat Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Julianum, insignem ejus fraudem istam: cum enim esset in more positum, ut imagines Imperatorum civili adoratione ab omnibus adorarentur, propinquæ illum suam imaginem adorandam cum imagine Jovis de celo coronam & purpuram Imperatori deferentes, atque hinc inde Martem & Mercurium stantes, ipsumque gratarer conspicientes, ut si Christiani imaginem Juliani adorare detrectarent, punirentur quasi Principi rebelleri; si vero cultum deferrent, obiceretur eis apostolica crimen ac violata Christiana religionis, quasi Jovis, Martis, Mercuriique adoratoribus. Monet vero Nazianzenus, Christianos cultum non advertentes fuisse inculpabiles. Similiter imago capax est contumelia resistentis ad ipsum exemplar, sic enim in odium Domitianus dejectas fuisse a populo Romano ejus statuas, foedatas, & per compita tristes, scribit Svetonius. Idemque in Iatini Maximini ad ipsum dedecus factitatum refert Eusebius lib. 9. hist. Eccl. cap. 10. Notum infuerit, parum absuvi Antiochenam civitatem, ab integra eversione, per Theodosium Augustum excedenscentem ob contumelias illatas Imperatricis Flaccilla statuas ab insana & furente plebe.

7. Ex quibus infertur, rite honorem deferri Christi. Gen. 12. apparuisse Abrahamo in convale illius juxta Sichem. Kurfus eidem apparuit Genev. 17. ejusque protinus in terram cadentis adorationem suscepit. Iterumque Gen. 18. eidem se exhibuit sub figuris humanis trium Angelorum, quos sanctus Patriarcha adoravit in terram. Exodi 33. Moysi Deus posteriora sua, id est tergum ostendit. Propheta pariter Iffaias cap. 6. vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum inter alatos Seraphim, dixitque: *Regem Dominum exercitum vidi oculis meis*. Michæas etiam 3. Reg. cap. 22. sic loquitur: *Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum eali assentem ei a dextris & a sinistris*. Alias conticesco visiones, qualis est Jacobi Deum videntis in iuxta summatis scale. Ezechielis cap. 1. & 2. & Amos cap. 9. dicuntis: *Vidi Dominum stantem super altare*. Sed præcipua digna est observatione visio Dei Patris Danieli manifestata c. 7. quem commemorat. Antiquum dierum, in throno sedentem, cuius capilli cani erant, & vestimentum ejus quasi nix album, ad quem accessit Filius hominis, (is ipse est Christus) cui Antiquus ille dierum dedit potestatem, honorem, & regnum, ut omnes populi, tribus & linguis ipsi serviant. Ille scilicet Dei Filius est, de quo

*Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa.*  
*Hanc videas, sed mente colas, quod certis in ipsa.*

9. Huic

Huic opposita secunda sententia est: eumdem imaginis honorem deberi qui exemplari debetur: & proinde Christi adorandum esse imaginem cultu latræ, ejus vero genitricis Mariae cultu hyperdulia, & aliorum Sanctorum cultu dulæ. Assertores hujus sententia tribus potissimum argumentis eam probant. Primo usum adducunt Ecclesiæ sic canentes: *O crux! ave spes unica! auge piis iustitiam, reisque dona venias*: necnon adorationem ligni Crucis adhiberi solitam feria sexta Paracœves. Probant secundo verbis Hieronymi in epitola de obitu Pauli, *Prostrata (inquit) ante crucem, quæ pendente Dominum cerneret, adorabat*. Tertio denique ratione ista, quia scilicet mensura venerationis cuique rei, est ipsa excellencia propter quam adoratur. At vero ratio cur adoratur imago, non alia est quam exemplaris excellencia. Igitur idem omnino cultus imaginis debetur, qui & exemplari per eam repræsentato.

10. Sed hisce duobus sententias ad opposita extrema vergentibus, tertia quæ media est sententia, debet prevalere. Nimirum imagines in seipso & proprie honorandas quidem esse, attamen honore minori quam exemplar. Et proinde nullam imaginem esse cultu latræ adorandum. Imago enim nullam in se habet adoracionis rationem seu causam præter eam, quam mutuantur ab exemplari, sed eam tamen imparem ac diminutam, nec enim propter se, sed propter aliud honoratur; ipsum autem exemplar proprie ac propter se, non vero per accidens sicut imago. Idipsum probatur auctoritate hujus in qua versamus septima Synodi, qui diserte duo ita declarat act. 7. & alibi passim: Primum quidem, Imagines esse venerandas, & in eos qui negant, anathema decernit. Secundo autem ibidem declarat, Imagines esse adorandas, sed non veneratione latræ. Eademque in Synodo actio. 1. Basilius Ancyranus, & act. 3. Constantinus Cypr. Episcopus heretim abjurantes, pronuntiant, se recipere & colere imagines sacras, non tamen veneratione latræ. Joannes etiam Damascenus lib. 1. & 3. Apologetico sepius repetit, Imagines honorari debere; sed nullo modo latræ. Augustinus etiam ep. 119. cap. 11. Prohibetur (inquit) colo aliqua in figuris hominum Dei similitudo; non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla imago ejuscoli debet, nisi illa que hoc est quod ipse. His adspicitur Gregorius Papa Magnus lib. 7. epist. 109. & lib. 9. epist. 9. monens Serenum Massiliæ Episcopum ut populum instruat, ne Imagines adoret. Et posterioris feculi Concilium Senonense canon. 14. & Moguntinum can. 41. jubent a Concionatoribus moneri populos, ne Imagines adorent. Quæ quidem omnia intelligenda sunt conformiter ad Nicænam hanc Synodum de cultu latræ; cum aliqui eadem Synodus evidenter definiat, p[ro]t[er]is Imagines sub pena anathematis esse venerandas. Qui vero Scholasti Theologi etiam latræ cultum imaginibus Christi ac Dei adjudicant, ne videantur absolute contradicere Nicænam definitioni, aliusque auctoritatibus cultum latræ ab imaginibus removentibus, distinguunt inter latræ absolutum, & respectivum, seu eam quæ exhibetur alicui propter se, & eam, que debetur propter aliud; voluntque has auctoritates loqui de prima respectu imaginum, sed non de secunda. Ceterum in mysteriis fidei ad populum exponendis loquendi modum a Concilii sanctissime Patribus prescriptum sequi debemus, qui simpliciter negant imaginibus latræ cultum. Quinetiam hæc ipsa Synodus VII. in eadem act. 7. non solum dicit Imaginem Christi non esse latræ adorandam; sed & hoc addit, imagines non aliter adorari quam adorare liber Evangeliorum & sacra vasa; Nemo autem dixerit Evangeliorum librum, vel vasa sacra ullo modo latræ cultu adorari.

11. Ad objections autem ut eas diluvamus, Respondeo ad primam de Hymni parte, *O crux! ave spes unica*, deque adoratione crucis die Paracœves, ibi spectari Christum, ejusque imaginem Crucifixi, ut unum quid ex duobus composite scilicet exemplari & imaginem Christum vero per se & proprie adorari & invocari, ita ut ad eum immediate terminetur adoratio; imago vero non aliter quam ut memoriae respiciatur. Quæ ratione etiam aliquis Concionator oculos convertendo ad imaginem Crucifixi hac dicere non prohibetur: *Tu Domine Creator noster, tu Salvator noster, tu nos preter nos sanguine redempti*. Similis est responsio ad locum Hieronymi allegatum: non enim refert Crucem a Paula proprie fuisse adoratam, sed quod ante Crucem prostrata Christum adorabat, quem in Cruci representatione conspiciebat. Atque ita totus latræ cultus ad Christum directe referatur. Ad tertium vero quod objectum: Respondeo admittendo quidem cum Divo Thoma, unum esse motum animi ad imaginem & exemplar, neq[ue] tamen patrem esse utrobique cultum. Vel enim exemplar tunc concipiatur & adoratur tamquam principale objectum; vel non: id est vel concipiatur &

adoratur ipse Christus in recto, tamquam in imagine resplendens; vel e diverso concipio & adoro imaginem ut Christi imaginem, ita ut Christus in obliquo ponatur, non in recto: Si primum, tunc adoratio est latræ, fertur enim per se in Christum, in imagine autem solum per accidens. Si secundum, tunc adoratio fertur quidem in imaginem objective per se, & consequenter in Christum, sed non est adoratio vera latræ, sed longe inferior. Si quis replicet hoc modo: Christo convenit adoratio vera latræ: si ergo ista terminetur ad Christum, non alias erit specie quam vera latræ. Infuso ego Christo convenire veram latræ quoties adoratur ut in se est, sed non quando adoratur ut est in imagine per participationem. Quemadmodum qui honorat Regis famulum, honorat ipsum consequenter Regem: longe tamen aliter ac minore cultu Regem honorat in famulo, quam si Regem ipsum in persona propria veneraret: ita ratiocinatus Bellarmius.

12. His pro corone adjungenda est Concilii Tridentini sententia sess. 25. *Imagines porro (inquit) Christi, Deipara Virginis, aliorumque Sanctorum, in Tempis habendas presertim, & reminendas, eisque debitum honorum & venerationis importiendam: non quod credatur aliqua inesse in iis divinitas, aut virtus, propter quam sint colende; vel quod ab eis sit aliquid petendum; vel quod fiducia sit in imaginibus fictiōnēs; veluti olim siebat a gentibus, que in idolis spem collocabant; sed quoniam honor qui eis exhibetur, referatur ad prototypa, que illa representant, ut per imagines quas oscularum, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoramus; & Sanctos, quorum illa similitudinem gerunt, veneramus: id quod Conciliorum, presertim vero secunda Nicæna Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sanctum.*

13. Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysteriorum nostrorum redemptoris picturis vel aliis similitudinibus expressas, eruditæ & confirmari populum in articulis fidei, assidue commemorandis & recolandis: tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi; non solum quia admiratur populus beneficiorum & munierum quæ a Christo sibi collata sunt, sed etiam quia hoc est quod ipse. His adspicitur Gregorius Papa Magnus lib. 7. epist. 109. & lib. 9. epist. 9. monens Serenum Massiliæ Episcopum ut populum instruat, ne Imagines sub pena anathematis esse venerandas. Qui vero Scholasti Theologi etiam latræ cultum imaginibus Christi ac Dei adjudicant, ne videantur absolute contradicere Nicænam definitioni, aliusque auctoritatibus cultum latræ ab imaginibus removentibus, distinguunt inter latræ absolutum, & respectivum, seu eam quæ exhibetur alicui propter se, & eam, que debetur propter aliud; voluntque has auctoritates loqui de prima respectu imaginum, sed non de secunda. Ceterum in mysteriis fidei ad populum exponendis loquendi modum a Concilii sanctissime Patribus prescriptum sequi debemus, qui simpliciter negant imaginibus latræ cultum. Quinetiam hæc ipsa Synodus VII. in eadem act. 7. non solum dicit Imaginem Christi non esse latræ adorandam; sed & hoc addit, imagines non aliter adorari quam adorare liber Evangeliorum & sacra vasa; Nemo autem dixerit Evangeliorum librum, vel vasa sacra ullo modo latræ cultu adorari.

14. Ad objections autem ut eas diluvamus, Respondeo ad primam de Hymni parte, *O crux! ave spes unica*, deque adoratione crucis die Paracœves, ibi spectari Christum, ejusque imaginem Crucifixi, ut unum quid ex duobus composite scilicet exemplari & imaginem Christum vero per se & proprie adorari & invocari, ita ut ad eum immediate terminetur adoratio; imago vero non aliter quam ut memoriae respiciatur. Quæ ratione etiam aliquis Concionator oculos convertendo ad imaginem Crucifixi hac dicere non prohibetur: *Tu Domine Creator noster, tu Salvator noster, tu nos preter nos sanguine redempti*. Similis est responsio ad locum Hieronymi allegatum: non enim refert Crucem a Paula proprie fuisse adoratam, sed quod ante Crucem prostrata Christum adorabat, quem in Cruci representatione conspiciebat. Atque ita totus latræ cultus ad Christum directe referatur. Ad tertium vero quod objectum: Respondeo admittendo quidem cum Divo Thoma, unum esse motum animi ad imaginem & exemplar, neq[ue] tamen patrem esse utrobique cultum. Vel enim exemplar tunc concipiatur & adoratur tamquam principale objectum; vel non: id est vel concipiatur &